Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



109

orem non peccasti: et si nupserit virgo non peccat. Tribulacionem carnis habebunt huiusmodi. Hoc itaq; dico fratres. Tempus breve est: reliquum est. ut et qui habent uxores. tanquam non habentes sint: et qui flent. tanquam non flentes: et qui gaudent. tanquam nō gaudentes: et qui emunt. tanquam nō possidentes: et qui utuntur hoc mundo. tanquam nō utantur: Preteriit enim figura huius mundi. Volo uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est. sollicitus est que domini sunt. quomodo placeat deo: qui autem cum uxore est. sollicitus est que sunt mundi. quomodo placeat uxori: et diuisus est. Et mulier innupta et virgo cogitat que sunt domini. ut sit sancta et corpore et spū: in xpo ie sū dōmino nostro Ad Corinth.

Qui gloriatur: in domino gloriatur. Non enim qui se ipsum cōmendat. ille probatus est: sed quem deus cōmendat. Utinam sustineretis modicum quid in sapientia mea: sed et subportate me. Emulor enim uos dei emulatione. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere xpo.

Esse. Dominus uindi

Gaudiat et confortauit me: ut pme predicatio adimpleatur. Et audiant omnes gentes: et liberata sum de ore leonis. Liberauit me dns ab omni opere malo: et saluam faciet in regnum suum celeste. Ipsi gloria: in secula seculorum amen. Allo t. Dixit ies dis. Simile est Sp. Matthm

regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit: et pregaudio illius uadit et uendit uniuersa que habet et emit agrum illum: Iterum simile est regnum celorum homini negociatori: querenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita: abiit et uendidit omnia que habuit. et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene missae in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta essent educentes. et secus litus sedentes: elegerunt bonos